

BIBLIOTHÈQUE
MUSE. GENEVIÈVE

SI


RECUEIL
DE LETTRES
ET DISCOURS
ADRESSÉS
A DIVERS
PERSONNAGES
XV-XVI.ÈS.

LETTRE
DE CHRISTOPHE
COLOMB
DE INSULIS NOVIS
INVENTIS



WCE
740





W. S. L. G.
18
VIRE
1792
1792

F
10



Ex Bibliothecâ
quam 16000 Voll. constantem
huic Abbatiaë S Genovesæ Paris.
Testamento legavit Car Maurit.
LE TELLIER Archiep. Remensis.
Obiit anno 1710.



La pièce 3 de ce recueil est la
seconde édition de la Traduction
latine de la Lettre de Coenob
relatant la découverte du Nouveau
Monde.

Elle a été imprimée par Stephanus
Planck, à Rome en 1493, lequel
a également imprimé la 1^{re} éd. -
mais en omettant au titre le nom
de la reine Isabelle.

Dans celle-ci, Planck a corrigé
cette omission, ainsi que le nom
de l'explorateur des Indes (Christopher Columbus).
C'est le no. 4 de ma Bibliothèque
Américaine Vaticane.


Henry Harrisse

3 Juin 1892

cm
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21



cm 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14



les files sont prises 1-6
par prises 1-30.

P. 1 -	- Date de 1522.	} Ces six premières pièces forment 6 ^e f ^o s. 1 ^a 27 du vol. et sont toutes du XVI ^e .
2 -	- id -	
3 -	circa 1522	
4 -	--	
5 -	--	
6 -	Date de 1522	

Pièces incunables: n° 1(6) Daunou 463 - Pellechet 4090
 2(7) - 416 - 3230
 3(8) - omis - omis
 (cf 2 autr. ev. D. 480 - 5060 et un 4^e ev.
 OE XV. 351 p. 12).
 4(9) Daunou 718 - 3262
 5(10) - 465
 6(11) - 675
 7(12) - omis Pellechet omis
 (cf. OE XV. 351 667 - 1686)
 8(13) Daunou 710
 9(14) - omis - omis
 (cf. OE XV. 351 671 - 5019)
 9⁺(15) - omis -
 (cf. OE XV. 351 669)
 9⁺⁺(16) - omis
 (cf OE XV. 351 673)
 10(17) - 653
 11(18) - 665
 12-13(19) - 674 Pellechet 2048
 14(20) - omis
 (cf OE XV. 351 712)
 15(21) - 461 Pellechet 4816
 16(22) - 588 - 4433
 17(23) - 590 - 2836
 18(24) - omis mais sous le n°
 832 Daunou cit. l'op. [351] qui n'est
 pas 2. et autre raison: il s'agit d'un autre
 19(25) - 534
 20(26) - 792
 21(27) - 419 vol. à tort [351]?

T. S. V. P.

22 (28) . Daunou 717.
23 (29) - 287
24 (30) - 313
25 (31) - 314
26 (32) - 466
27 (33) - 451

28 (34) *Pieu daté de 1523*
29 (35) - 1524
30 (36) - 1521.

~~x~~ ~~511~~

xyE 740

n.^o (9) Lettre de Christophe Colomb

cm 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21

[Faint, illegible text on aged paper]

cm 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15

Lucensium Oratio luculentissima
 Pont. maximo Alexandro sexto per
 x Nicolaum Tygrinū Lucensem vtri-
 usq; iuris doctozē: elegantissime habi-
 ta in Cōsistorio publico pro obediētia
 p̄standa. Anno. Mcccclxxxij. die. xxv.
 mensis Octobris. Emendata.



Vereor Beatissime pater Ne duz Ci-
 uitatis nostre mādata exequimur pa-
 rum debite sanctitati te ⁊ huius au-
 gustissimi loci amplitudini ⁊ Lucensis populi
 desiderio satisfaciam⁹: qui vniuersus siue sexus
 etatis ordinisq; discrimine ad deosculandos
 beatitudinis tue pedes ad signa vere obedi-
 entie: gratulationisq; prestanda: si fieri posset
 accessisset. Dabis (vt es in omnes humanus)
 pro tua beatitudine Pont. maxime veniam: ⁊
 animum Lucensium si non potentia magnum
 fide: obseruantiaq; nemini cedentem: non ver-
 ba pensabis. Existimet. S. T. Lucas ipsam nūc
 loqui: sed magis ornate. Existimet Lucensem
 populum ipsaz quam eius nomine prestamus
 obediētia. Sed efficacius promptiusq; presta-
 re quam semper incorruptam: perfectam: in-
 uiolatamq; seruauit: seruaturusq; est. Ex quo
 beatus ille Paulinus presul ⁊ martyr ab apo-
 stolorum p̄ncipe missus: primam etrurie vr-
 bem Lucam ad veram xpi fidem ab idolorum

a

17



BIBLIOTHEQUE
 SAINTE
 GENEVIEVE



cultu reuocauit: eaq; iecit in istam sanctissimā
sedem deuotionis constantieq; fundamenta:
vt nec tempore (quod omnia consumit) nec vi
vlla vnq; dirui aut labefactari potuerint: pos/
sintue. Quantum vniuerso populo xp̄iano le/
tandum sit. Quā maxime deo immortalī gra/
tie agende qui talem ac tantum pastorem gre/
gi suo preficere dignatus sit nemo est qui ne/
sciat: Quid innumerabiles virtutes tue cun/
cto orbi note: Quid maxima doctrina cum lō
ga rerum experientia coniuicta: Quid religio
a teneris annis imbuta ad hanc vsq; perfectis/
simam etatem continuata: Quid naturalis bo
nitas ⁊ liberalitas polliceri aliud debent aut
possunt: quam cum supreme dignitatis cumu
lo ea omnia suprema cumulataq; in religiōis
xp̄iane capite futura. Quid istud Alexandri
diuinitus impositum nomen: ⁊ animi tui ma/
gnitudini conueniens: nonne victoriam ad/
uersus omnes catholice fidei hostes promit/
tere videtur: Nam quanto superat Alexander
maximus magnum: quantoq; maius est Ro/
manorum esse principem: q̄ macedonum: ⁊
quanto excellentius est dei omnipotentis vi/
carium: q̄ hominum regem esse: quantoq; di/
gnior est pontificalis a xp̄o potestas quacūq;
terrena dignitate: tanto magis sperandum:
immo credendū xp̄ianoz imperiū: religionēq;
ipsam nō solū firmam solidāue futurā: sed oēs

*de modis nomen
candri deplacet*

orientis populos sub Alexandri maximi pon-
tificis ductu atq; auspicio ad sacratissimā: san-
ctissimamq; fidem nostram redituros. Quid
iste tuus diuinus ⁊ maiestate plenus aspectus?
Quid vultus ⁊ facies venerabilis? Mōne om-
nes qui ituentur ad queq; maxima capescēda
incitare videtur? Si enim. C. Iulium cesarem
Hispanie questorem (vnde tibi origo est bea-
tissime pater) sola Alexandri magni vel statu-
ta vel inanis pictura apud Gades conspecta
ad eius magnifica gesta imitanda cōmouere
potuit. Quid non effictam sed veram viuamq;
Alexandri maximi effigiem effecturam credi-
mus? Iamiam audito solo nomine totius Ita-
lie Hispaniarum Germanie Gallie Britanie
Pannonieq; principes ⁊ populi cōmouentur
incitantur: inflammantur. Omnes sese pre-
parant vt debita reuerentie signa christianoz
patri ⁊ principi augustissimo exhibeant Ale-
xandri nomen: q̄ christo deo nostro gratum
semper fuerit: vel hoc vnico argumēto com-
probasse satis sit. Quod nec Tiberium de cul-
tu eius cogitantem: nec Traianuz christianis
placidum ⁊ magne virtutis virum: nec Hadri-
anum qui ei quoq; templa construxit. Sed so-
lum Alexandrū Dāmee filium primū Roma-
noz iperatoz: a quo inter deos referret: ⁊ ho-
noze diuino coleretur elegit. Quid nō pfectū
sperare possumus sub tuo imperio beatissime

pater cum ita omnia conueniant? Senarius numerus qui Alexandri nomini additur: et in musicis Arithmetica et sacris litteris perfectio- nem tenet: et ut Platonis in thimæo sententiã prætermittam diuini Gregorij in aureo moralium libro verbis utar. Senarius numerus iccirco perfectus est: quia primus in numeris comple- tur suis partibus id est sexta sui parte tertia et dimidia que sunt vnum duo tria: que in sum- mam ducta sunt sex. Nec ante senarium nume- rum alius reperitur qui suis partibus dum di- uiditur tota eius summa compleatur. Senari- us quippe numerus in scriptura sacra perfectus est: quia in mundi origine dominus que primo die cepit sexto opera impleuit. Optimi ac su- premi dei voluntas a quo cuncta procedunt: Eligentius dignitas et excellentia. Totius am- plissimi ordinis consensus: Electi merita: No- men: Numerus: ita concordat: tam dulcẽ sua- uemq; sonum mentibus omnium reddunt ut Armoniam ex qua mundus ipse constare dici- tur: in ipsius mundi a deo constituto vicario tam optimam perficiant: quod nihil dissonus: nihil inconcinnum: nihil discrepans inueniri possit. Quantum gaudij: leticie: speiq; deuotis- simi tui Lucenses ex vniuersali bono percipi- ant quisq; facile cogitare potest. Sed est eis peculiare quoddam ex obligatione procedens vinculum quo ita alligantur ita astringuntur:

vt ne dissolutum quidem nō sit: sed ne dissolui
possit aut cupiant tam dulce ⁊ suauē est. Quo
fit vt proprios animi affectus exprimere ne/
queamus. Tantus est enim beneficiorum cu/
mulus a pontificibus maximis in Lucenses
perfectus vt nec enumerari nec referri possit.
Plena est Ciuitas nostra priuilegijs amplis/
simis: cum in Epum. Canonicos: Abbates:
Priores: Ecclesiasticosq; omnes: tum in ipsos
seculares magistratus ciuitatemq; vniuersam
pleni libri decretalium Lucensibus: Quod li/
bertatem retinemus. Quod centum viginti/
tribus annis nulli extero seruimus: beneficio
sedis apostolice factum quis ignorat? Recēs
est Urbani. v. Lemonicensis liberalitas inau/
dita. Pont. max. magnificentia: qui miseratus
vrbez ecclesie deuotissimam seruire: accito Ca/
rolo. iiii. ex Germania erogatis quinquaginta
milibus aureorum nos a durissima ⁊ immanis/
sima seruitute eripuit. Quod Urbanus sex/
tus paulopost confirmans vt ad libertatem li/
bertatis quoq; ⁊ iusticie (sine qua libertas sta/
re non potest) insignia adderet: dum Senua Ro/
mam peteret: nocte natalis dñi diuinis perac/
tis supremum ciuitatis nostre Magistratum
ense ⁊ pileo gemmis auroq; ornato donauit:
Que hodie ob apostlice sedis reuerentiam pu/
blice deferuntur. Calixti. ij. Luti. ij. Grego/
ri. ix. Benedicti. xij. Nicolai. v. Pij. ij. Reli/

quozūq; fere omniū pontificum beneficia in-
numerabilia obmittamus ad Alexandros fe-
stinat oratio. Breui perstringam: q̄ benignus:
q̄ munificum: q̄ liberale Alexandri nomen in
pontificibus Lucensibus fuerit. Primum ille
Romanus qui cū pontificatu martyriū quoq;
coronam meruit corpus suum in nostram ciui-
tatez deferri dignatus est. Ubi in templo mar-
mozeo: altero etiam prius eius in honore con-
structo canonicorum collegio ⁊ priore ornato
sepultus honozatur ⁊ colitur. Singulisq; an-
nis. v. Non. Maias maximo populozum cōcur-
su martyriuz eius quod cum Euentio ⁊ Theo-
dozo sub Hadriano passus est religiose pieq;
celebzatur. Multisq; ⁊ maximis miraculis quo-
tidie eius sanctitas refulget. Alexandri. ij. De
diolanensis episcopi q; Lucensis immensa in
filios suos beneficia tanq; notioza pretermi-
tam. Matildi: q; nobilissime femine in apostoli-
cam sedem deuotionem presidiaq; a Lucensi-
bus contra Cadulum missa tacebo. Illud dūta-
rat amoris signum referam. Quod existens
in pontificis maximi dignitate nunq; dignat⁹
est se sacrosancte Romane ecclesie presulem
⁊ Lucensem episcopum appellare. Magnum
quidem dilectionis in patriam nostram mo-
numentum. Ad Alexandrum. iij. venio quem
patria Sena a natura nobis amicissima cum

satis conciliaret: deuotionis tamen nostre in
ecclesiam Romanam conscius post multa ve
ri amoris signa Alderigum Alucingum nobi
lem Lucensem Cardinalem creauit quem si
bi successorem in Pontificatu faceret qui Lu
cius. iiii. appellatus est. Quarti Alexandri tem
pora quanta fuerit Lucensium fides bellumq;
illud pro apostolice sedis defensione contra
Mafredum Regem susceptum satis declara
re possunt. In quo vno prelio apud Arbiam
facto quinque milia Lucensium desiderata sunt:
et cum post cladem illam: immo stragem cetera
etrurie ciuitates pontificis partes deseruissent
sola Luca in fide permansit. Omnesq; ecclesie
fautores a proprijs sedibus eiectos recepit: et
tutata est obseditionem durissimam: famem in
cendia: rapinas: cedesq; constantissime pertu
lit. De. v. Alexandro viro quidem et doctissimo
et sanctissimo cum antea morte preuentus fu
erit quod qualis futurus esset mundo ostendere
potuerit pauca referri possunt. Disis tamen pi
storium et deinde Bononiam petiturus: per
agrum nostrum iter fecit Lucensibus satis in
illo reru turbine fidens: vbi benigne habitus: et
vt pontificem decebat cum veneratiōe acceptus
optime nobis affectus discessit. Hec attigisse
iuuat beatissime pater non quo te Alexandroz
exempla in Lucenses moucant: q; satis abunde

aperta est

domestica virtute: propria liberalitate et animi
magnitudine iussultus es. Sed ut intelligeres
quantum post pontificalem dignitatem post
naturalem bonitatem tuam: in isto etiam no/
mine pro sue libertatis conseruande et ciuita/
tis amplificande desiderio fidei: speiq; repo/
nant. Tuos enim se futuros tuo sub iustissimo
imperio confidunt. Sanctitas tua deuotissi/
mos Lucenses suos quorum omnium seruitu/
tem deuotionem animosq; ante eius pedes co/
spectumq; offerimus in ea protectione reci/
piat: In qua omnes quibus diuinitus datum
est in ista sanctissima sede sedere recipere di/
gnitati sunt. Ita rogamus: ita precamur: ita to/
to mentis annixu petimus. Summus ille mi/
sericordiarum pater ut te verum Iesu xpi vica/
rium credimus veneramur et colimus. id tibi
beatissime pater dum vita supererit (quam lon/
gissimam optamus) tribuat q; optimo dominici
gregis pastori iustum conueniens pium sit.
Et celi referet limina post obitum: Ita oramus.

Laus deo.

Dixi.



